

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Elegia In Mortem Praematuram Serenissimi Principis Ac Domini, Domini Friderici Ludovici, Principis Haereditarii Wirtembergiae ...

Stutgardiae: Faber, [ca.1731]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn832941077>

Druck Freier  Zugang



Friedrich
Ludwig
von
Württemberg



ELEGIA
IN MORTEM PRAEMATURAM
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI,
DOMINI
FRIDERICI
LUDOVICI,
PRINCIPIS HAEREDITARII WIRTEMBERGIAE
ET TECCIAE, COMITIS MONTIS PELICARDI,
DYNASTAE HEIDENHEMII,
RELIQUA,
CONTEXTAA
ET
SERENISSIMO PATRI AC DOMINO,
DOMINO
EBERHARDO
LUDOVICO,
DUCI WIRTEMBERGIAE & TECCIAE,
COMITI MONTIS PELICARDI,
DYNASTAE HEIDENHEMII,
RELIQUA,
PRINCIPI
AC
DOMINO SUO GRATIOSISSIMO
DOLORIS TESTANDI CAUSA
HUMILLIME DEDICATA
a
Coloniarum Evangelico-Reformatarum & Waldensium
PASTORIBUS.

STUTGARDIAE, Typis Dan. Benj. Fabri, Typographi Aulici.

orf 11362 2.



FRIDRICIUS

IOVOCATIO

PRINCIPIS HEREDITARII WIRTEMBERGIAE

Visa modo felix Gens Wirtembergica, luge:
Qui tua spes fuerat, prob! miseranda, fuit.

Sol tibi purpureo vix prodit lumine, tetris

Dum tegitur tenebris, noxque tremenda redit.

Ingeminas SALVE! SALVE DULCISSIMA MATER!

O Proh dolor! Haec isto nomine moesta caret.

Dulcia delibasti extremis gaudia labris,

Ult cruciet sensu te graviore dolor.

Utque volans pelago, dum fertur ad astra carina,

Mox hiscente unda, mergitur illa mari.

Sic dum Neccarides sors tollere fausta videtur,

Infaustos lapsu deprimit atra gravi.

FRIDRICIUS fuit! heu fuit! occidit unica gentis

Spes! moriturq; omnis stirps EBERHARDAsimul!

Horrida vox nimium! silices & saxa moventur,

Atque velut diro fulmine fracta tremunt.

Pectora fida gemunt, & quo quis amantior arae
Atque foci, iratum flectere Numen amat.

Ingemuere omnes, flentque immadicabile vulnus,
Et moestis coelum vocibus omne replent:

O Deus omnipotens, nutu qui dirigis orbem,
Sit quaeso genti mollior ira tuae!

Da veniam culpae, & propius res adspice nostras:
Tu remanes tanto sola medela malo.

Optimus haec quivis, votorum haec summa piorum;
His gelidum tentant solvere corde metum.

Nec tibi, Magne EBERHARDE, aliter mulcere
dolorem

Fas est: esto Tuis spes Deus, atque Tibi.

Heu! jam deficiunt, quae fortia verba loquamur;
Quod Tibi praestemus, dulce levamen abest.

Ipsi proh! lacrymis, luctuque absumimur acri,
Et torpet subito lingua retenta metu.

Ter Tibi Musa pios tentat persolvere honores,
Singultus elegos ter secuere modos.

Quem Pater edocuit profugis praestare quietum
Mitis asylum, obiit! Proh! pia spes periit!

O utinam! pupillae ex tanta stirpe superstes
Genti esset fulcrum: damna ferenda forent.

Sed stirps ipsa perit, miseris solatia restant
Nulla: quis heic lacrymas temperet ore piis?

*Ast lacrymis frustra FRIDERICUM poscimus;
eheu!*

*Non ita Tecciadis creditus ille fuit.
Nil desperandum tamen est PATRE sospite: Nobis
Plurima Te salvo spes, EBERHARDE, redit.
O si fata sinant! si vota piissima Numen
Non renuat! VIVAS! Optimus omnis ait.
Et Natum & Nomen qui perdis dulce PARENTIS,
Sis AVUS, & PATRIAE longa per aeva PATER!*



Ind konnte diser nicht der Seelen Angst erklären /
So taht ein jeder Blick die stumme Wehmüht kund.
Die sonst vor dem Tod sich inniglich entsezten /
Die hielten nunmehr nichts / als Sterben / für Gewinn:
Das Liebste / warum sie das Leben edel schätzten /
War alles auf einmal mit **F**ridrichs Leben hin.
Da sank und goss ein Greis auf Dessen werte Leiche /
Der Erde doppelt satt / noch einen Tränen-Guß:
D/ rief er / wehe mir / daß ich so spät erbleiche /
Und mehr als eines Tods nach **F**ridrich sterben muß!
Zum Abschluß ein treuer Knecht den Kampf der letzten Züge /
Im Verscheiden auch mit Stammeln von **F**hm sprach.
Immerete bereits der Säugling in der Wiege
Winselnde Getöhn der Eltern fläglich nach.
Die Mütter sonst um Eingeborene klagen /
Ob sich unser Herz vor Gott in Klagen aus.
Den Aharon vor dem Altare zagen /
Vor dem Tempel schien ein Traur- und Todten-Haus.
Et solche Pein der Untertähnen Seelen /
Nunmehr **F**ridrich, ihr Troster / nicht erquicht/
Gleich **E**berhard, und wie **F**ohanna quälen!
Beugend ist der Gram / der **H**enrieffen drückt!
S doch unser Blut für **F**hre Tränen flosse /
Gott und **F**hnen nur zum Opfer in uns quillt!
Unsers Sions Volk so vilen Trost genösse /

